

tur inimicis suis in portâ.

*Aht. Benedicite Dominum,  
omnes Angeli ejus, ministri  
ejus, qui facitis voluntatem  
ejus. Alleluia.*

*Ant. Joseph, fidelis &  
prudens, quem constituit  
Dominus super familiam  
suanam. Alleluia.*

PSAL. 147.

**L**AUDA, Jérusalem, Domi-  
num : \* lauda Deum  
uum, Sion.

Qui cum confortavit seras  
portarum tuarum : \* be-  
nedit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pa-  
cem : \* & adipe frumenti  
satiat te.

Qui emiit eloquium su-  
um terræ : \* velociter currunt  
sermo ejus.

Qui dât nivem sicut lâ-  
nam : \* nebulam sicut cinc-  
rem spargit.

Munit crystallum suam  
sicut buccellas : \* ante faciem  
ffigoris ejus quis sustinebit ?

Emitet verbum suum ; &  
liquefaciet ea : \* flabit spi-  
ritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum  
suum Jacob : \* justias &  
judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni  
nationi : \* & judicia sua  
non manifestavit eis.

*Ant. Joseph, fidelis & pru-  
dens, quem constituit Do-  
minus super familiam suam.  
Alleluia.*

CAPITULUM. Gal. 4.

**F**ratres, quanto tempore  
hæres parvulus est, nihil  
differt à servo, cum sit Do-  
minus omnium : sed sub  
tutoribus, & auctoribus est,  
usque ad præfinitum tempus  
à patre.

### HYMNUS.

**O** Par ingenito, Christe  
Deus, Patri,  
Infans ! quem teneris, con-  
juge cum sacro,  
Mulcet Virgo Parens & colit  
osculis,  
Da cunas propè sistere,  
Huc diræ meditans sup-  
plicium crucis,  
Fletu nostra tuo criminis di-  
luis:

Vagitu misero flectis & æthe-  
ra :

Pænas excipis, innocens.  
Libas purpureum, corpore,  
sanguinem,  
Exciso ; Solymæ fata præ-  
occupas,  
Natalique solo non pudet  
ejici ;

Sic ægros, medicus, pias.  
Tu, Mater, penetrans gran-  
de sacrarium,  
Quid viindex scelerum, quid  
Deus exigat